



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Sacrорvm Ritvvm, Sev Commentaria In Rvbricas Missalis Et Breviarii Romani

In quibus origo cuiusque Ritus, Causæ historicæ, vel mysticæ, ex maiorum ingenio, Theoria, Praxis, Obligatio, & exquisitus Vsus, additis opportunè Decretis omnibus S. Rituum Congregationis, quàm breuiſimiè explicantur

Gavanti, Bartolommeo

Antverpiæ, 1634

De loco diuini Officij. VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40244

10 Comm.in Rubr. Breuiarij. Sect.I.Cap.V.Tit.6.7.&8.

prandium, Vesperæ & Completorium post prandium, *Tolet. lib. 2. cap. 23.* Sed excusat ab omni peccato ille qui recitat Primam cum Tertia, Sexta, & Nona simul, duabus vel tribus horis post Solis ortum, *Bonac. loco citato num. 9.*

8 Qui verò differt Matutinum sine causa ad Vespertas, vel anticipat Completorium ante prandium, nimis notabiliter variat tempus, & peccat venialiter, *Bonac. ibidem.*

9 In Choro statæ horæ sunt obseruandæ magis quam in priuata recitatione, *Nauar. cap. 3. num. 63. & alij cum Bonac. num. 7.* qui tamen cum Caietano, secluso scandalo, censet, non peccare mortaliter eos qui extra statas horas in Choro recitant; & ibidem addit, posse, ob Procesionem, vel Concionem, mutari horam. Si quod est peccatum, imputatur Superiori potius quam Canonicis, paratis tamen ad obediendum.

De loco diuini Officij. Tit. vii.

1 **V** Bique recitari potest priuatè, *Azor.lib. 10. cap. 11. quest. 8.* modò nō impeditur attentio, *Nauar. cap. 21. num. 32.* & locus sit decens, *ex Molfes. Tract. 5. cap. 2. num. 80.*

2 In Choro verò tenentur recitare, qui Choro sunt addicti ex iustitia, iuxta institutionem beneficiorum & consuetudinem locorum, nisi aliud cogat necessitas, vt hiemis tempore in Sacrificia, vel adsit consuetudo legitima, vel priuilegium Papæ, vel Fundatoris institutio, *Bellarmin. in lib. de Bon. oper. cap. 18. ver. Locus. & Doctores communiter.*

3 Vnde Canonici, qui, ultra tres menses à Tridentino permisso, notabiliter, hoc est, pluribus diebus, ultra

quatuor, à Choro absunt, per se loquendo mortaliter peccant, vt fusus *Bonac. disp. 2. quest. 1. par. 2. num. 1.* Neque possunt alias sibi substituere, *ibidem pun. 4. num. 1.* nisi consueto legitima vel priuilegium addit, *Moneta nostra de Distrib. par. 2. q. 14. num. 20. &c. 42.* At teneantur adesse in habitu Canonicali, vide Monetam *ibidem quest. 19. ad finem.*

4 Fieri etiam potest, vt, consuendine immemorabili, vel sufficienter præscripta, Canonici, quorum fructus sunt tenues, non teneantur quotidie ad Chorum, *Bonac. disp. 1. quest. 2. punc. 5. num. 14.*

5 Episcopi per se loquendo non sunt addicti Choro, *Bonac. ibidem num. 9.*

6 Parochi de Iure antiquo tenebantur, nunc minime, ad publicam recitationem Officij in Ecclesia, & hoc de consuetudine ferè vniuersali & communiter recepta, exceptis Vespensis diebus Festis, *ex Suar. & Bonac. loco supra citato num. 12.*

7 Multò minus Cappellani tenebantur ad Chorum, quibus ex fundatione non incumbit hæc cura, *Bonac. no. 13.*

8 Regulares addicti Choro non tenebantur ad Chorum, nisi ex vi Regula, & ideo non sub peccato mortal, *Cicer. v. Hora Can. & Bonac. loco. quest. 2. pun. 2. num. 8.*

De ordine diuini Officij. Tit. viii.

1 **Q** Vi sine iusta causa peruenient ordinem Horarum, peccat venialiter. Iusta verò causa est, oblio, inaduentitia, vt Chorus inuenetur, vt alius, ad dicendum Officium, *Azor. cap. 10. quest. 1. ex Nauar. cap. 3. num. 65.*

2 Peruersio eiusdem tracta, secluso

COB.